Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41120
Copyright: Melk, Benediktinerstift



in altius crimen / discretione in varietate / adiuuet confitentem
orando / eleosinas et cetera bona pro eo faciendo sp eum iuuet
leniendo / consolando / spem promittendo vnde versus Confessor
dulcis / affabilis atque suauis / Prudens discretus / mitis /
pius atque benignus Hec omnia sup dicta et multa alia de hac
materia sunt de pe. di. vj. Qui vult / et in c. sinarum di. xviij
Confessores religiosi tenentur facere conscientiam confi[et xviij]
tibus ipsis de soluendis decimis Et si scienter obmiserint
suspensi sunt ab officio predicationis donec faciant satis / facere
quantocicius commode possunt / et si interim predicant / sunt excommunicati
Illi autem religiosi / qui dicunt aliqua ut absolucione decimarum
retrahant audientes / excommunicati sunt ipso facto Et preceptum
grauissimum fit ipsis predicantibus / quod in prima dominica xl.e
et quarta / et vltima / et in festis ascensionis domini / et pentheco
stes / nativitatis beati Johannis / assumptionis / et nativitatis beate marie
virginis / et nativitatis xpi / audientes informent si fuerint
requisiti / ut decimas soluant Sed predicta non extenduntur
ad religiosos qui decimas percipiunt Hec omnia in Cle. de penis
Cupientes Accusatus negando veritatem vtrum peccet mortaliter

Vtrum accusatus peccet mortaliter negando veritatem
Respondeo secundum T. 2a 2e q. 6 8. Accusatus tenetur iudici veri
tatem exponere quam ab eo secundum formam iuris exigit Et ideo
si confiteri noluit / vel si mendaciter negauit peccat
mortaliter Si vero iudex exquirat quod non potest secundum ordinem
iuris / non tenetur ei accusatus respondere / sed potest per appellationem

accusatus negando veritatem si peccet mortaliter